



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 60. Capistranus ad disputandum de fide a Rochisana datis literis
invitatus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A. C. 1451.

§. LX.

*Capistranus ad disputandum de fide
a Rochisana datis literis in-
vitatus.*

Præprimis Rochisana per literas Capistranum ad collationem de communionem sub utraque specie habendam provocavit. Equidem Vir sanctus id se percipere respondit, Podiebracius tamen disputationem interdixit, necnon Capistrano securitatis literas denegavit. Ille autem palam conquestus, ad Podiebracium, Nobilesque literas Apostolico fervore plenas exaravit. Nihilominus Rochisana ejusque Fautores triumphantes absenti insultabant, & calumniose ubique divulgabant, Capistranum suis viribus ac causæ diffisum, disputationis discrimen declinasse, quibus ipse tractatu adversus Rochisanam composito respondit, honorem suum vindicaturus. Hæc tamen lucubratio, in impressis Capistrani operibus desideratur. Recenset in ea (uti olim ad Corinthios Apostolus) sua gesta, fructus, atque labores, quos pro Evangelii propagatione exantlaverat, quoniam vero acriori longe stylo quam Apostolus usus esset, nil aliud tuis scriptis lucratus est, quam ut Rochisanam magis inflammaret,

mare, & etiam Religio nullum fructum
caperet.

secul. XV.

A. C. 1451.

§. LXI.

*Croja Albanicæ Metropolis ab Amurate
obsessa.*

Ea tempestate cum Scanderbegus recuperatis Patris sui ditionibus persæpe Turcas profligasset, & Amuratem, ut obfidionem Crojæ, quæ Albanicæ Metropolis est, solveret, compulisset, is frustratæ expeditionis tædio victus, ad Zechitas Turcarum Monachos in Asia minore sese recipere decrevit, reliquos vitæ suæ dies in pace transacturus. Verum iræ suæ, ac vindictæ cupidini imperare nescius, atque insuper a Janifaris suis stimulatus, imperii gubernacula resumpsit, sinistro tamen eventu; quamvis enim omnes suas vires collegisset, cunctasque artes exhausisset, ut Scanderbegum opprimeret, nihilominus semper ab eo profligatus est. Tandem ira magis ac unquam alias efferatus, junctis omnibus viribus Crojensem urbem altera jam vice cingere statuit. Verum nec secunda hæc obsidio melius quam prima cessit.

Chalron. l. 9.

ante fin.

Piranz.

l. 22. in fin.

Barlet. in

Scand. vita.

§. LXII.

Turcarum Imperatoris obitus.

Rubore itaque suffusus, priusquam in publicum procederet, ad tentoria sua

U 2

omnes